





241. 1783 24  
Q. D. B. V.  
DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA

D E  
**IVDICE CAVTO  
IN DETERMINANDIS POENIS  
ARBITRARIIS**

P 446 QVAM  
INDVLGENTE INCLYTO ICTORVM ORDINE  
SVB PRAESIDIO

**DN. IOAN. MATTH. MARTINI,**  
SERENISS. DVC. REGN. A CONSILII IVSTITIAE  
IVR. DGCTORIS ET PROFESSORIS PVBLICI ORDINARII  
FACVLTATIS IVRIDICAE SENIORIS ET DECANI

PRO SVMmis IN IVRE HONORIBVS  
RITE CAPESSENDIS

IN ACADEMIA FRIDERICIANA  
BVETZOVIENSI

ANNO 1783. DIE XVI. APRILIS

H. L. Q. C.

PLACIDAE ERVDITORVM DISQVISITIONI  
SVBMITTIT

**IO. DAN. HACKER,**  
MEGAPOLITANVS, IVR. CANDIDATVS.

BVETZOVII, 1783.





DISSERTATIO IN VACARIA'S URGICAY  
DE

IUDICE GAVATO  
IN DETERMINANDIS POENS  
ARBITRIARII

O V A M

INDUCENTE INCENDIO ICHORAM ORDINE  
SAE PRACTIS

DN. IOAN. MARTINI

ACADEMIA TRIDERICIANA  
BARTSCHAENSIS

PRO SUMMISS IN VIRE HONORIAS  
ETIE CATERINIS

IN ACADEMIA TRIDERICIANA

ANNO 1583 DIE XLV APRILIS

W.M.C.

PLACIDAE ERADICOLAM DISCERNITIONI

SABINUS

IO. DAN. HUGCKER

MEDICO ET BOTANISTAE BAR. CANDIDATAY



§. I.

Si quae alia, certe negotia criminalia summa cum circumspectione maximoque studio a iudice sunt perraactanda. Suadet hoc grauitas rei, inculcant idem leges iuris criminalis tum communis tum provincialis. Ipse enim Imperator Carolus V. in ordinando iure criminali hoc primo loco curae cordique habuit, vt bene ordinata reperiantur iudicia criminalia, et membra adhibeantur idonea, quae doctrina pariter, ac generis splendore nec non morum probitate prae reliquis se commendarent 1). Amice conspirant tot patriae constitutiones, inter quas solam transactionem nouissimam nominare hic sufficiat 2). Interest reipublicae, vt quam celerrime fieri potest, absoluatur processus criminalis, tum ad detegendam innocentiam, tum ad puniendum malitiam improborum. Pertinet hinc ad officium omnium iudicium criminalium 3), in primis vero collegio-

A 2

rum

rum iuridicorum, ad quae transmissa sunt acta criminalia, ut semper illa praeferant ciuilibus, quem ordinem in expediendo constanter a facultate iuridica Buerzouensi seruari, auctor mihi est Dn. Praeses; et idem in statutis facultatis iuridicae Rostochiensis iam olim expresse praecriptum fuisse testis est b. MANTZELIVS 4).

- 1) In spho I. C. C. C. Erstlich sezen, ordnen, und wollen wir, daß alle peinlich Gericht mit Richtern, Vitzbfern und Gerichtschreibern, versetzen und besetzt werden sollen von frommen, ehrbaren, verständigen und erfahrenen Persohnen, so rägendliechst und best dieſelbigen nach Gelegenheit jedes Orts gehabt und zu bekommen sein, dazu auch Edlen und Gelehrten gebraucht werden mögen.
- 2) In spho 425. Es sollen aber übrigens die von Ritter- und Landschaft schuldig sein, ihr Gericht mit tüchtigen Männern und einem geschworenen Actuario, oder einem specialiter ad acta vereidigten Notario zu besetzen, und den Parteien gebührlich und unanfahrbaren Recht wiederfahren zu lassen. Consensus adeo plurimarum forte omnium provinciarum Germaniac.
- 3) Ita constitutum legitur in ordinacione Cancellariae Güttrovienensis P. I. tit. 2. §. 4. Die Criminalia sollen zuerst, und noch vor den ältesten befreieren Sachen, als alimentorum etc. tractiret werden.
- 4) Diss. cui rubrum est, Jus criminale mecklenburgicum sect. 2. §. I.

§. 2.

Quum eadem adhuc hodie, quae olim, sit forma iudiciorum nostrorum criminalium inferiorum, ut omnia sere a directione vnius personae dependeant, et Assessores plerumque sint iuriuignati, sapientissime Imperator Carolus V. toties iudicem ablegat ad responsa ex consilia Iureconsultorum 5), immo ratione transmittendorum actorum specialiter plura in art. 219. constituit, ne omnia a voto et iudicio vnius hominis pendeant, atque fama, vita, et bona accusatorum vel inquisitorum in discrimen vocentur. Confirmat haec, immo magis determinat lex fundamentalis Mecklenburgica supra iam nominata 6).

5) V.

5) V. c. in art. 7. 91. 160. 161.

6) In Spho 425. Auch Acta in Civil- oder Criminal-Sachen zu Vrtheiten nie an privat Doctores, sondern in diesen die Acta an einheimische oder auswärtige Rechtscollegia zu verschicken. Consensum omnium fere germanicarum prouinciarum testantur i. v. d. o. l. c. Einleitung zum peinlichen Proceß Cap. X. §. 4. MEISTER vollständige Einleitungen zur peinlichen Rechtsgelehrsamkeit in Teutschland B. 1. Abschuit 3. Capitel 1. §. 3. Haud prouers alienum a proposito meo esse videtur, inquire in genuinum sensum verborum, quae P. H. Tit. 44. Ordinationis Cancellariae Gustrovienis occurrant. Praescriptio a legislatore modo procedendi in criminalibus a judicis obseruando, pergit ille sequentem in modum: So denn in der Sache zu erkennen, was die Kaiserlichen Rechte und die peinliche Hals-Gerichts-Ordnung statui-  
-ren und setzen, doch daß ante absolutionem vel condemnationem rei  
-sens gloriae Gemüths-Meinung vorher vernommen werde. Soler-  
-tissimum retum mecklenburgicarum quandam inuestigatio. B. M. A.  
-N. T. Z. L. I. V. diss. cit. sect. 2. §. 2. dubius haeret circa mentem huius  
-passus; ad quae, inquit, verba commentarium practicum exspectamus  
-a peritoribus. Desiderant omnino verba vletiorem explicationem,  
-quam certo certius sit. Cancellariam hodie acta criminalia non trans-  
-mittere ad Principem ante publicationem sententiae a collegio conce-  
-ptae. Meo quidem judicio, quod scio quam sit exiguum, omnia ex  
-Spho 3 et 7. dicti tituli hujus ordinationis explicari possunt. Ex  
-Spho 3. enim discimus, haud raro accidente potuisse, ut propter mul-  
-titudinem causarum tota adornanda inquisitio non integrum collegio  
-sed vni vel duobus membris eiusdem commissa fuerit, quo casu eadem  
-transmittendorum actionum ratio aderat, quae respectu iudiciorum in-  
-feriorum transmissionis necessitatem imponit. Attamen ex Spho 7.  
-intelligimus, hanc legem Cancellarias scriptam esse, vt ipsa senten-  
-tiam concipiatur, relicta illi solummodo libera facultate, informatio-  
-nem petendi ab extraneo iudice. So wollen wir auch, hic tenor est  
-verborum, daß die Vrtheile in criminalibus allemahl von unsem Can-  
-zellei Directore und Räthen selbst gesprochen werden sollen, iedoch  
-daß ihnen vorher die informator Vrbel einzuholen frei bleibe. Jam  
-singamus nobis casum, saepius forte tunc temporis obuenientem, quo  
-totus processus criminalis ab unico membro collegii erat directus nec  
-informatio petita ab extero iudice. Quomodo quaeſo in tali casu se-  
-curitati subditorum et saluti publicae melius prospicere poterat legis-  
-latoꝝ princeps, quam imposta necessitate, integra acta cum voro hu-  
-millimo Principi exhibendi. Apprime ad rem facere videntur, quae  
-vir, dum viveret, acutissimus STRUBEN in den rechtlichen Bedenken  
-tom. II. Bedenken 46. §. 2. affert; Bleibet der Obrigkeit und der  
-A 3  
-Landes

Landes Regierung unbekannt, warum iemand bestraft worden; so kann man unmöglich verhindern, daß der peinliche Richter sich einer mehreren Gewalt anmaße, als ihm zusteht, daher demselben mit Rechte auferlegt wird, die von ihm selbst abgesetzten Vrtheile same den rationibus decidendi vor der publication einzufinden, damit man ermessen könne, ob eine Verschickung der Acten nöthig sei. Lubenterus gamen hanc coniecturam rectioi aliorum iudicio submitto.

### §. 3.

Leges tam communes, quam patriae seuere inculcant iudicii criminali strenuam et accuratissimam legum applicacionem; immo vel iurisurandi religione illum obligatum esse voluerunt, nec non poena infamiae notatum, si vila ratione a praescriptis legum aberrare, et criminum poenas vel minuere vel remittere, vel alias leniores substituere auderet 7). Sanctissime ipsi seruanda est lex dura quidem at satis clara; sciat enim se ministrum modo esse legum, non legislatorem 8). Nulla eum moueat sic dicta aequitas intrinseca; namque ne sub specie quidem utilitatis vel salutis publicae exceptionem a lege perspicua dare ipsi permisum est, sed probe considerare debet, leges et in constituendo et in ratiocinando ad id respicere, quod

*επι το πλειστον*, ut plurimum contingit, nec ideo quod ratios in certis casibus cessent, ius etiam cessare dicendum, quia

tum iura prae incertitudine cuncta resoluerentur 9).

Multo minus LEYSERO subscribendum erit, qui eo usque arbitrium

judicis extendere non dubitat, vi vel solius litis uitandae

caussa locum sibi vindicare posse defendat, et probationem

suea opinionis se in L. 55. D. famil. ercisc, inuenire putet; qui

ideo merito notatur a STRUBENIO 10).

7) Vult L. 8. §. 2. C. ad leg. Julian de vi publ. vel priuata, iudicem nosse oportere, quod gravi infamia sit notandus, si violentiae crimen apud se probatum distulerit, seu omiserit, vel impunitate donauerit, aut molliorem, quam praestitimus, poenam protulerit,

8) Longe

- 8) Longe enim alia est quaestio, vnicae ad iurisprudentiam legislatoriam spectans, num expeditat reipublicae, duriores delictis statuere poenas, aut propter auctum numerum perpetratorum criminum heius vel illius generis angere eas. Quaestio enim propositam negare nullus dubitarec*1800*, neuerquam enim poenatum grauitas minuit delicta. Consentientem habeo b. Struben in den rechtlichen Bedenken Tom. I. Bedenken 125. qui illud egregie exemplo domestico illustrat. Wenn unsre Haus-Diebe, bacc sunt verba eius, nach Beschaffenheit der Vnistände auf Lebens- oder lange Zeit in die Karre verdammt würden; so reichte es zu, sie von dem Verbrechen abzuschrecken, und mann würde solches öfter bestraft seben, dahingegen die mehrlsten Herren es vertu-scheten, um nicht Anlas zu geben, daß ein Mensch sein Leben so iämmerlich verliebte, weil er ihnen etwas weniger genommen. Der bey uns eingeführten harten Strafen ungeachtet werden Haus- und Pferde-Diebstäfle nicht seltener begangen, als in den Ländern, wo man sie nicht so scharrf abndet. Commandandus esset illis, qui grauoribus poenis ob-viam iri posse delictis statuunt, passus, qui legitur in immortalis Russorum imperatricis Instruction für die zur Verfertigung des Entwurfs zu einem neuen Gesetzbuch verordnete Commission, Art. 222. 223. dignus qui hic interatur. Die sicherste Abhaltung von Vebeltha-zen geschiehet nicht durch die Schärffe der Serafen, sondern wenn die Leute gewis versichert sind, daß ein Veberrreter der Gesetze unschlägbar bestraft werden wird. Die Gewissheit einer gelinden aber unvermeidlichen Strafe macht in die Herzen der Menschen einen viel stärkeren Eindruck, als die Furcht für einer schweren Todes-Strafe, der man zu entgehen Hoffnung hat. Zegelinder und mäßiger eine Strafe seyn wird, desto weniger ist nörgig, durch Linderung derselben Gnade zu erweisen. Denn alsdenn sind die Gesetze selbst mit dem Geist der Barmherzigkeit angefüller.
- 9) Sunt verba Huberi in auspiciis domesticis coll. I. pag. 28.
- 10) In den rechtlichen Bedenken Tom. I. Bedenken 66.
- §. 4.
- Obueniunt interdum, rarius licet, id quod negari nequit, huiusmodi casus, quibus anxius haerer iudex, num salua sua conscientia rigorem legis in casu obvio applicare queat, quem adhibere vel legi diuinae contrarium esse, vel acquirati natu-rali contrarium esse persuasum sibi haber. Verum enim vero nec

nec tali casu indulgendum erit, ut ratio inde desumatur rece-  
dendi ab illo rigore legali, et propter conscientiam iudicis  
forte erroneam tollendi legem vel saltem eidem derogandi.  
Duplex datur a iudice, qui ad conscientiam suam ita provocat,  
eligenda via. Aut enim gratiam Principis imploret, recen-  
sendo accurate et plenarie caussas, ob quas in casu praesenti  
iuxta eius sententiam exceptio a lege sit facienda, tumque ex-  
spectet resolutionem Principis, in qua ipsi acquiescendum esse  
dubio caret. Sin vero haec displiceant, aliud superest reme-  
dius consulendae conscientiae iudicis ultimumque eius refu-  
gium, munus suum deponat, quod secundum praeceptum  
legum gerere non vult, aut religioni sibi dicit 11).

11) Reinhardi de iis, quae nobis iniurias sunt, cap. I. §. 3. Et duo haec  
longe a se iniurias sunt diversa, poenam lege molliorem infligere,  
et legem criminalem dubiam, quantum fieri potest, quam lenissime  
interpretari. Posterior ad officium iudicis omnino pertinet nullo tem-  
pore negligendum.

### §. 5.

Quod in specie ad clausulam aggratiandi attinet, quae  
interdum sententiis addi solet, nec illam promiscue adhibere  
potest iudex sui officii memor, multo minus sine additis ratio-  
nibus specialioribus, propter quas gratia praevalere queat,  
ad clementiam Principis provocare. Ius enim aggratiandi suis  
quoque certis limitibus est circumscriptum, quos transgredi  
nequit Princeps Christianus. Latius eosdem describere a pro-  
posito foret alienum, vnicum hoc addam: mihi eadem est,  
quae olim b. MANTZELIO, haeresis, iudicem non nisi maxima-  
cum circumspetione hac clausula vti debere 12), semperque  
speciales sece mouentes rationes adnectere, mox ex ipsis delicti  
perpetrati circumstantiis depromtas, mox ex aliis caussis exter-  
nis 13); ne ad exercendam intempestiuam misericordiam  
inuitentur summi magistratus, qui ex caussis grauidissimis faci-  
les nimis non esse debent in aggratiando, ne maius exinde ad  
rem-

rempublicam redunderet incommodeum, leges elusoriae fiant, et sub spe veniae delicta increbescant.

- 12) Disserr. de limitibus iustitiae, aequitatis, iuris aggratiandi et arbitrii iudicis §. 31. daß diese Worte zu schreiben ihm viel beschwerlicher sey, als remand, ohne einigen Zusatz das Leben abzuerkennen.
- 13) Hinc non approbo clausulam, quam QVISTORPIVS in den Grundfärzen des peinlichen Rechts suppeditat, ita conceptam, es wäre denn, daß die hohe Landesherrschaft solche aus vordringender Gnade in diese oder iene umändern oder lindern wolle. Addendum illi omnino fuisse, in Ansehung der oder iener eintretenden Vorfände, quae circumstantiae specifice inserenda sunt. Rectius calculum meum meretur formula, es wäre denn, daß seine Angehörigen für ihn intercedirzen, in welchem Fall er der Familie zu Ehren statt der vorhin genannten Strafe mit der — — zu belegen. Quae vero non in specie ad ius aggratiandi pertinet, sed recte, ceteris paribus, a iudice ordinatio inferitur et dein executioni demandatur. Legatur b. MANTZELIUS diss. mox citata §ophis 36—42.

### §. 6.

Ex haec tenus dictis iam, quantum satis est, elucescit, arbitrium iudicis rum demum vim suam exercere posse, quando applaudente lege vel generali vel speciali in dato casu poena ordinaria exulare debet, et alia vel grauior vel leuior substiuenda est, non itidem per legem determinata; dein eidem locus datur, quando lex plures vni delicto statuit poenas, ex quorum numero electio a iudice est facienda; denique, si penitus omissa est a legislatore determinatio poenae in obuio casu, et omnia iudicis determinationi reliqua inueniuntur 14). Diuerso tamen modo pro diuersitate casuum, quos nominaui, suo arbitrio viritur. Neutiquam ipsi permisum est, aliam irrogare poenam omnino non a lege nominaram, quoties quaedam specialiter a legislatore memoratae in lego inueniuntur; sed necessario ex nominatis vna erit eligenda 15).

14) III. MANTZELIUS diss. §opho praec. citata §. 44. arbitrium nominat iudicium practicum in casibus, quibus theoria impar est, ita iudicandi

dicandi, ut non inique plus, vel inique minus fiat, quam quod ius et iustitia exigunt et permitunt.

15) Paululum latius patere dicitur arbitrium collegiorum iuridicorum, sive facultatum, quibus hoc merito saltem tribuendum erit, ut integrum ipsis sit, nullam earum poenarum, quas lex exprimit, applicare factio obuenienti, sed aliam arbitrariam substituere. Plutes iam hoc argumentum tractarunt, hinc breuitatis studio me refero ad III. MANTZELIVM diss. de decisionibus, quae sunt pro auctoritate, assert. 14. Scholio. Ceterum subscrivo III. de BOEHMER ad CARPOZIVM quæst. 150. obseruat. 4. qui defendit, potestatem collegiorum ad respondendum de iure constitutorum non adeo extendendam esse, ut ultra mentem et rationem legis poenam mitigare queant. Addit vir celeberrimus, si quae ipsis praerogativa indulgenda, ea latius se non extendit, quam ut in caussis, sive ob circumstantias facti perplexis, sive ob definitionem legis cessantem ambigais, excluso iudice ordinario, arbitrari possint, quid oblatae specie conueniens ipsis visum.

§. 7.

Liberius quidem arbitratur iudex, nulla prorsus in lege determinata poena; attamen nunquam vagum esse debet arbitrium, sed potius analogiae iuris conforme. Respectum habeat caussæ, conditionis, personæ tum laidentis, tum laesæ, temporis, loci, quantitatis, qualitatis, euentus, partis laesæ intercedentis, et plurium aliarum circumstantiarum, ne quid ultra mentem et ideam legislatoris statuatur. In casibus huius generis merito quoque respectus personarum habetur, quando de recte applicanda poena quaeritur; nec alia fuit intentio legislatoris, dum plures memorauit poenas aequipollentes, relinquens arbitrio iudicis, quaenam illarum in quoquis casu obueniente sit applicanda 16). Singulare hic quoque opus est circumspectione ex parte iudicis, ne incongrua et personæ haud conueniens poena eligatur. Longe autem maior adhuc requiritur diligentia et iudicium quod dicimus practicum exercitatiissimum, quoties omnia mero arbitrio iudicium sunt relicta. Duo eterum hoc casu consideranda veniunt, pàrtim decisio quæctionis, quaenam poenæ pro aequipollentibus habendæ sint

fint 17), partim ipsa electio. Haud raro difficultas augetur per litteras a iudicio ad collegium iuridicum scriptas, quibus mox haec, mox alia immo interdum plures poenae simul, tanquam inconvenientes vel omnino non executioni demandandae excipiuntur 18).

16) Exemplum a, b, MANTZELIO diss. de respectu personarum in foro criminali, posit. 8. adductum, optime rem illustrat. Rusticum effer, ita verba fluunt. Si externa poenarum, quod in oculos incurruunt, in quois puniendo semper statueremus aequalia; respiciendum enim est qua incommoda famae, ad incommoda futura, quae poenae secum trahunt, qua incommoda in bonis considerentur opes; et qua incommoda corporis pariter conditio habeatur ratio. Ponamus sex homines uno eodemque delicto se contaminasse, et A. B. C. esse nobiles locupletioresque: tres vero D. E. F. esse plebeios et mediocritum vel tenuium bonorum. Jam siat sententia: daß inculpati wegen ihrer Begangenheiten folgender Maassen zu bestrafen. Dass A. auf 3 Monate von seinem officio zu suspendiren: B. 4 Wochen mit Arrest, jedoch absque carena, zu belegen: C. auf 100 Rthlr. in Geld Strafe zu nehmen; und daß D auf 14 Tage bei Waffer und Brot ins Gefängniß zu werfern; E auf ein Jahr das Landes zu verweisen, und F an drei Tagen jedesmal eine Stunde lang in ein gemeines Hals-Eisen zu stellen.

17) Responsio ad hanc questionem saepissime est difficillima. Recte hic quodammodo applicari posset, quoniam capita, tot septu; nec dantur regulae generales, et vix dari possunt. Non ergo miratur, illam proportionem poenarum quarundam arbitriarum, quam QVISTORPIVS suppeditat in den Beiträgen zur Erläuterung verschiedener mehrentheils unentschiedener Rechts-Materien aus den bürgerlichen und peinlichen Rechts-Gelahrtheit, Stück 2, num. 1, §. 8. seqq. ab aliis doctoribus longe diuersa ratione determinari. Unicum suppeditare licet exemplum. QVISTORPIVS l. c. §. 13. auctoritatem LEYSERI sequitur aquipollere dicit eine zweijährige Landes-Verweisung und ein achtwöchiges Gefängnis. Contra vir, dum viueret, in rebus criminalibus versatissimus MEISTERVS Tom. II. seiner Erkäntnissen und rechtlichen Gutachten in peinlichen Fällen dec. 69. num. 57. hoc nomine Facultatis iuridicae Goettingens dedit responsum: und erwa der selbe (nempe ante nominatus coquiritus) nach dem Ermeessen seiner Obrigkeit entweder mit einer zweijährigen Landes-Verweisung, oder statt deren mit einem halbjährigen Gefängnis zu bestrafen sein mögte.

18) Tale quid haud raro accidere, Dn. Praeses testatur; quod mirum non videbitur consideranti, in multis locis nulla ergastula inveniri, alibi executionem sententiae, in qua inquisitus ad operas publicas condemnatus est, impossibilem esse. Scio quoque, ante aliquot menses in vicinia nostra easum extitisse non absimilem. Magistratus urbicus acta in puncto furti commissi ad exteram transmitti curaverat Academiam, quae poenam decreverat arbitrariam, tale vero poenae genus electum erat, quod item applicari non poterat. Nil aliud magistrati supererat, quam denuo acta ad aliam facultatem iuridicam mittere, et in litteris suis, hunc in finem ad collegium datis, determinationem alius poenae aequipollentis sibi expetere.

### §. 8.

Tot, tantis difficultatibus obrutus est iudex criminalis inferenda sententia, quas non, nisi summa cura diligentiaque superare potest; at nihil tamen minus plures alii supersunt scopuli, quos non leuiori labore superare debet in dictanda poena extraordinaria. Sint plures huiusmodi poenae vni delicto a legislatore constitutae, quas aequipollentes esse voluit; tantum tamen abest, vt integrum sit iudici vnam vel alteram illarum promiscue applicare in specie obueniente, vt potius solertissime ipsi inquirendum sit in statum accusati vel inquisiti, in valetudinem, sexum, dignitatem, officium, relationem ad alios, familiam, et quae forte plures aliae sunt circumstantiae, quas singulas ponderare debet ante, quam actu poenam infligat. Horum aliquid quando neglexit, facile ex numero poenarum aequipollentium tales eligere poterit, quae vel plane incongrua, vel sanitati nocua, vel fini primario poenarum aduersa est. Exstantiora quaedam suppeditabo exempla, quae illustrationi dictorum inseruire possunt.

### §. 9.

Inter gravissimas poenas arbitrarias, a Carolo V. plus vice simplici approbatas et praescriptas merito refertur sustentatio

gatio sollemnis, vulgo der Staupbesen, Staupenschlag, quam alii poenam morti vicinam esse contendunt. Sed quo grauior ea est, et quo infeliciorem reddit hominem, qui illam sustinuit; eo maiori cum praecautione eadem est adhibenda. Agnouerunt hoc iam dudum plurimi, atque inde factum est, hanc poenam hodie in quam plurimis territoriis penitus esse abrogatam, in aliis autem raro vel rarissime applicari. Nolo hic repeterem, quae contra eandem monuerunt lureconsulti magni nominis, qui penitus illam proscribere cupiunt, quibus lubentissime calculum meum adiicio 19). Sed supersunt alia momenta, circa fustigationem consideranda, quae ab aliis nondum sufficienter excussa video, et curationi consideratione haud indigna sunt, de quibus paucula in praesentiarum adferre mihi licet. Olim hanc poenam saepius locum inuenisse clamatum est; attamen antiquioribus temporibus quodammodo ratione executionis differebat illa a nostro procedendi modo. Mox sola fustigatio sollemnis decreta fuit, mox cum relegatione ista erat coniuncta, quae vero pro varierate circumstantiarum vel temporalis tantum vel perpetua esse solebat; nec non interdum ad omnem prouinciam extensa, interdum ad certum districtum, pagum, comitatum restricta 20). Nostris e contrario temporibus haud facile sola applicari solet fustigatio, sed plerumque solum comitem habet relegationem eamque perpetuam et ex tota prouincia.

19) Nominare hic modo licet Carrachium meditationibus de fustigatione et relegatione; Beckerum diss. an poena fustigationis cum relegatione perenni conjuncta probanda sit; Bochmerum ad Carpzovium qu. 129.

20) Mantzel diss. de jure criminali mecklenburgico sect. 3. §. 3. saepe, inquit, dictata invenitur fustigatio cum relegatione aus der Stadt, des Closters, den Adelichen — und so w. Gerichten.

### §. IO.

Durities huius poenae in eo quaerenda est merito, quod ad poenas infamantes debeat referri; quae infamia necessario nexus

B 3

cum

❧

cum ipsa fustigatione iam olim coniuncta fuit, et adhuc hodie est, nulla licet adcedat relegatio. Miratus hinc sum, illi BOEHMFRVM hac de re dubitasse, ac singularem illam fouere sententiam, quasi publice caelus macula quidem, at non infamia notetur. Ex quo inferit, solam vulgi opinionem hoc effecisse, ut perpetuo relegatio cum fustuario supplicio fuerit coniuncta 21). Vir doctissimus ipse dein fortissima adducit argumenta, quae omnia dubia facile extorquere potuissent. Concedit scilicet, fustigatum ab opificiis et honoribus omnibus, hinc etiam ab obtentis antea, excludi et remoueri; illum alligari ad pallum infamantem, Schand-Pfahl, Pranger, qui omnino ab alio, qui non infamat, sed solius poenae ergo adhibetur, dem Strafpfahl, distinguendus est. Addit quidem vir illustris, actum executionis a carnifice fieri, sed rectius dicere debuisset ab excoriatore, dem Schinder nicht dem Scharfrichter 22). Quae quidem omnia satis comprobant, ipsam infamiam fustigationis esse consecutarium.

21) In observ. ad Carpzovium qu. 129. observ. 2. Locum concernentem hic inferre juvat. *Vtrum infamiam iuratur* (scil. fustigatio sollemnis) *admodum dubium*. *Vulgo quidem ita iudicatur*. *Vereor tamen, ne macula et gravata opinio cum infamia confundatur*. Saltim l'Crus in L. 22, de his, qui notant, infam, aperte proficitur, non ictum fustigium, sed causam infamare. *Cui accedit, quod ob culpam latam delicti gravioris ea iuste applicetur*, ut anteja dixi, quae tamen ad infligendam infamiam non sufficit, quamdiu de dolo non constat. B. Parrens ad ff. tit. de his, qui notant, infam, §. 11. Berger, oeconomic, iur. p. 65. Quid? quod duriore forte, quam par erat, poena aliquando inflicta, quasi transactum cum reo censeatur, ut salva existimatione poenam subear. L. 13. §. 7, eod. observante Wernhero P. V. obs. 1. §. 1.

22) Quotidiana experientia quemlibet docere potest, nunquam a carnifice actum fustigationis peragi; recte hinc monet BECKER, diss. an poena fustigationis cum relegatione perenni coniuncta reprobanda sit sect. I. §. 12. executionem ejus manibus excoriatoria aut in honestas personae cuiusdam perfici. Legantur quoque, quae idem sect. 2. §. 21. adserit. Et cui, quacso, ignota esse potest insignis differentia, quae inter carnificem et excoriatorem intercedit. Hic, non ille, ad personas infames referendum est, quare recte dicit perillustris Cancellarius Marburgensis, Dn. de SELCHOW, diss. sub rubro; selecta capita doctrinae

de infamia sect. II. §. II. Ac primo quidem omnium probe distinguendi sunt carnisces, quos vocamus Nachrichter vel Scharfrichter, qui decollandis tantum reis adhibentur, in actu torturae et poena suspenditi vero tantum directorum habent, ab illa hominum facie, quos excoriatores, Schinder, Caviller, nuncupamus, qui cum deglubendis pecoribus, tum torquendis, fustigandis, excruciandis, vel ex infelice arbore suspendendis hominibus infastam operam locant. Hi enim legibus imperii recentioribus omnino infamia notari deprehenduntur. Contentus MEISTERVS, qui in der vollständigen Einleitung zur peinlichen Rechtsgelehrsamkeit in Deutschland B. 1. Absch. 1. Hauptstück 6. §. 3. eleganter adnotat; ich glaube, daß ein maleficant, der ohne Verlust seiner Ebre mit dem Schwerde hingerichtet werden soll, allerdings zu hören sei, wenn er sich einen Scharfrichter, der zugleich Hencker ist, verbirter, und an dessen Stelle einen solchen verlangt, der weder Hencker noch Abdecker Arbeiten zugleich verrichtet. Si illum cuidam supereslet dubium, hoc tolleret decretum Commissionis Caecareae d. d. Viennae die 23. Aprilis 1772.

### §. II.

Nec argumenta pro firmanda thesi Boehmeriana adlata tanti sunt ponderis ad subscribendum huic sententiae singulari viri, quem alias maxima veneratione prosequor. Inueniuntur quidem in L. 22. D. de his qui notant. infam. haec verba: *ictus fustium infamiam non importat, sed causa, propter quam id pati meruit, si ea fuit, quae infamiam damnato irrogat.* Verum enim vero Ictus Marcellus nil aliud indicare voluit, quam innocantis famam non laedi, licer poenam alias infamantem fuerit perpessus. Hunc genuinum et verum sensum verborum esse, aperte docent verba mox subsequentia: *in ceteris quoque generibus poeniarum eadem forma statuta est.* Accedit, quod indeoles poenae flagellationis apud Romanos longe diuersa fuerit a fustigacione sollemni hodierna. Immo non omnis ictus fustium apud illos eundem producebat effectum. Quod ad alterum argumentum BOEHMERI ab applicatione huius poenae in delicto culposo desumum attinet, nego et pernigo, recte ita puniri posse hominem, cui lata tantum culpa, non itidem dolus imputari potest. Exempla hic nil probant, sed erronea illa

❧

illa praxis, si quae adesset, inde ortum traxisse videtur, quia plures ICti thesin, quod dolus et culpa lata ratione resarcendi damni aequiparari possint et debeant, plus iusto extendere solent. Ultimum denique, ex L. 13. §. 7. de his qui not. infam. depontrum argumentum male ad genus poenae applicatur, quae per se et necessario infamat 23).

23) Probe quidem scio, pertinere interdum omnino ad officium iudicis cauti criminalis, iusto maiorem decernere poenam atque hac ratione famae delinquentis consulere; at nunquam finis ille aliter obtineri potest, quam si fama expresse in sententia reservatur, et ipsa inflata poena non per se infamat. Sic usitatisimum est, dictare poenam carcenis cum catena, eamque ad longius tempus extendere, quo evitetur infamia, quae alias delictum commissum infecuta fuisset, et fama illa facta a iudice in sententiatione possit pronuntiari.

### §. 12.

Supereft aliud, quod contra eundem Virum Celeberrimum BOEHMERVM in hac materia monendum habeo. Confessit ille mecum in eo, quod hodie relegatio plerumque coniungi soleat cum fustigatione; sed, quod pace tanti Viri dixerim, rationem subnectit huius combinationis, quam laudare nequeo, saltim non pro adaequata habere 24). Ad feminas grauidas si respexissent iudices vel legislatores, certe merito penitus ab hac poena abstinere debuissent; quum ipse actus fustigationis sollemnitas necessario longe maiorem initit horrorem et terrorem, quam dein solus aspectus huiusmodi hominis vñquam producere yalet. Magis genuina et adaequata ratio latere videtur in abominatione omnium ciuium, et communis securitatis periculo, quod aliter non depellendum esse sibi persuasum habent. Ceterum haec tenus dicta satis ostendunt; me omnino non probare hanc poenam fustigationis, sive sola illa infligatur, sive combinetur cum relegatione. Mea quidem ex sententia fustigacioni sollemni nullo alio casu locus relinquendus foret, quam si fustigatus simul ad perpetuum carcerem vel

vel ad operas publicas perpetuas condemnaretur. Tunc enim occurritur pessimis effectibus, quos omni alio casu necessario illa producit. Huiusmodi autem poenam proxime ad naturam poenae capitalis accedere quilibet facile concedet. Haec tenus poenam fustigationis cum relegatione sive temporali sive perpetua a facultate iuridica Buetzouensi nunquam esse decretam, ex relatione Dn. Praesidis scio: id quod maxime illi gloriosum esse puto.

24) L. c. observ. 3. *Sola*, inquit, *utilitas publica et prudentia*, quam mulierum gravidarum conditio suggestit, praxis conjunctionis istius, maxime in vilioribus, suaderet, ne lugubris aspectus terreat gravidas, iisque partus mutili tristem imponat necessitatem.

### §. 13.

Longe frequentior est poena relegationis absque praevia fustigatione, quae iure meritoque mitior illa reputatur, nec adeo grauem secum trahit infamiae notam, sed aliquam omnino contrahit infamiam. Idem fere de hac poenarum specie, quod de priori, mihi ferendum est iudicium; aduersatur haec quoque fini poenarum, emendationi scilicet delinquentium, nec non saluti reipublicae. Quibus tristis haec in exilium eundi imposita est necessitas, patrios lares derelinquere coguntur, clam et invito Principe intrant aliud territorium, victimum et amictum sibi honesto et licto modo querere non possunt, hinc coacti pristinum vitae genus denuo eligunt vel in pessima plerumque ruunt. Aegre iam dudum, idque iure suo, nouissima respublica Americana tulit, Anglos nequissimorum hominum colluuiem, qui mortis poenam effugerant, in has suae diritioni adhuc tum temporis subiectas Colonias deporrasse. Eodem certe iure quilibet Princeps denegare his miseris posset ingressum sui territorii, ne numerus malorum in illo augearetur, plures suorum subditorum per nouum hospitern seducantur, corrumpantur; nisi ille iure reciproco vel si maius, retorsions vteretur erga vicinos. Egregium cerre exemplum mutuae sibi praestitae amicitiae et vicinitatis. Probe

C

equidem

equidem intelligo, ad abrogandam hanc poenam communi opus esse consilio; id vero miratus sum, in comitiis rem non perraetiam esse, ac communi imperii concluso determinatam. Emigrationibus subditorum recte obicem posuerunt Principes imperii; difficile ergo est intellectu, cur summi magistratus multos subditorum suorum ipsi expellant, et numerum eorum minuant. Hoc certissime mihi persuasum habeo, quod abrogata penitus et ubique hac relegationis poena, tot constitutionibus contra vagabundos et huius farinae homines nequissimos opus non esse, quas tories, et quidem sine omni fructu renouari videmus.

### §. 14.

Pertinet hoc respectu restrictio huius poenae magis ad iurisprudentiam legislatoriam, quam ad officium iudicis ordinari; verum et prudentis iudicis est, huiusmodi poenam, nocuam magis, quam congruam rarissime, quantum fieri potest dictare, et aliam potius equipollentem substituere. Sunt praeterea casus speciales, in quibus applicatio poenae relegationis omnino non cum sagacitate, probitate, immo vel ipso iustitiae amore iudicis conciliari potest. Huc in primis spectat casus in patria haud raro obvius, quoties de poena hominibus propriis irroganda quaeritur. Intuitu horum vetustissima adest praxis, eos nec fustigari nec relegari. 25) Certe homines proprii forte relegati ex pago vel provincia beneficio magis afficerentur, quam poena, in libertate enim constituerentur, et a duro servitutis personalis iugo liberarentur. Idem de opilionibus tenendum est, licet non omnis in eos cadat ratio, quae in hominibus propriis invenitur. 26) Porro inhumanum fore, homines aegrotos, debiles, 27) et stupidos relegare. Denique et coningis innocentis aliqua ratio est habenda, quando de applicanda illa poena quaestio emergit.

25) Testimonia antiquorum temporum exhibent *Selecta juridica rostockiensia fascie 3.* pag. 121. MANTZEL diff. de jure criminali mecklenburgico fest. 3. §. 4. Idem diff. de limitibus iustitiae aequitatis iuris

juris aggratiandi et arbitrii iudicis §. 43. De recentiori aeo idem restatur Dn. PRAESES diss. de conditione atque statu hominum priorum in Megalopoli tum antiquo tum hodierno cap. 3. §. 12.

- 26) Ex actis facultatis iutidieae Rostochiensis antiquioribus de 1681. hoc probatum dedit MANTZELIVS diss. de limitibus iustitiae, aequitatis, juris aggratiandi, et arbitrii iudicis §. 43. Tum temporis iam antecessores scriperunt: *Weil man aber iederveit denen Herrschaften ratione des Schäfers zu fügen gewohnet; so haben wir statt der relegation ecc.*
- 27) Hinc multo minus personae debiles fustigandi sunt. Recentius habet exemplum MEISTERVS in den rechtlichen Erkäuntnissen und Gutachten in peinlichen Fällen Theil I. doc. XV. num. 17.

### §. 15.

Propter decorum sexus rationem in applicandis poenis esse habendam, notorium est; pariter in infligendis poenis ab arbitrio iudicis pendentibus non negligendum est, num feminae punienda forte sit grauida, an infantem a se natum suo alat lacte. In vtroque casu nunquam adhiberi potest poena carceris cum carena; sed interdum omnis corporis afflictuua differenda est. Dein ad dignitatem statumque hominis delinquentis eatenus respiciendum esse constat, quatenus huic vel illi ordini hominum v. c. militibus, certa et determinata generis tantum dictari solet poena 28). Ultimo loco subnotare volo, mox iudicem a poenis pecuniariis, quantum fieri potest abstinere debere, mox huiusmodi poenas reliquis praeferre. Prius accidit in hominibus propriis, in omnibus illis, qui exceptionem opponere possunt imperatoriam, ut vulgo dici solet; forte etiam studiosis. Posterioris contra locum inuenit in stupidis, et illis, qui iudicio imbecilli praediti sunt 29).

Plura quidem adhuc addenda in promptu sunt; at temporis penuria exclusus, reliqua alii occasione reseruo.

- 28) Sic remotio eb officio est poena sacerdotibus propria in casu perpetrati stupri, per c. 6. diss. 81. in foris Protestantium quoque recepta. Vid. Bochmer in jure ecclastico Protestantium lib. IV. tit. 37. §ophis 103 — 105. de cuius viridi observantia testatur praecjudicium recensimmo<sup>s</sup>

tissimorum temporum apud Meisterum *in den rechtlichen Bedenken und Gutachten in peinlichen Fällen Theil. 1. dec. XVII.* Satis congrue haec ita disposita esse facile largior; at nunquam me conscientem haberent, qui applicare denuo vellent, quod legimus iudicatum esse olim a facultate iuridica rostochiensi apud M A N T Z E L I V M in manissa ad dissertationem de limitibus iustitiae, aequitatis, iuris aggratiandi et arbitrii iudicis pag. 36. Anno 1648. *Pastori marchico dictatur ob homicidium gladius, sed additur: daß er aber in Anfeßung seines Alters, und daß er 31 Jahre im Ministerio gewesen, mit der Todesstrafe zu verbauen, und nur seines Ames zu entzézen, und zu degradiren, auch darauf mit ewiger Gefängniß zu bestrafen.* Subscribo Viro illustri, qui statim addit: *circa hunc casum facere, me timorem inuadere et aureos darem, ut acta integra legere licet.*

- 29) Egregia sunt verba Boehmeri ad Carpzovium quaest. 145. num. 32. observ. 1. *Vtriusque generis* (de stupidis et illis, qui iudicio imbecilli praediti sunt, sermo est) *socii*, quoties ad devia et illicita prolabuntur, in factorum suorum caussas ac circumstantias inquirere et connexionem actionum rite expendere vel non possunt vel ob hebetudinem intellectus non solent, et sic inadvertentia, seu culpa magis, quam dolo delinquere videntur. Quare non modo in remittendis capitalibus, verum multo magis in extraordinariis poenis iudicem facilem esse oportet, praesertim si de poena corporis afflictiva similique famosa quaestio est, quae, quo infeliores reddit homines, eo magis singulariter dolum ac malitiam praerequirit. Thoenicker advocatus, prud. in for. crimin. cap. XIII. num. 53. Aliud de carcere, poena pecuniaria dicendum, circa quas non adeo laborandum, quin potius in universum cogitandum, poenam in hisce subjectis fere unice ad emendationem esse comparatam, ut, qui de consequentis actionum non convincentur, malo quodam praesenti sensuali, ast in futurum ipsis innoxio, in ordinem cogantur, ne denuo simile delictum committant.



vd18

ULB Halle  
005 353 157

3



Sb







221. 1783 24  
Q. D. B. V.  
DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA

DE  
**IVDICE CAVTO**  
**IN DETERMINANDIS POENIS**  
**ARBITRARIIS**

P 426  
QVAM  
INDVLGENTE INCLYTO ICTORVM ORDINE  
SVB PRAESIDIO

**DN. IOAN. MATTH. MARTINI,**  
SERENISS. DVC. REGN. A CONSILIIS IVSTITIAE  
IVR. DGCTORIS ET PROFESSORIS PVBLICI ORDINARIE  
FACVLTATIS IVRIDICAE SENIORIS ET DECANI

PRO SVMMIS IN IVRE HONORIBVS  
RITE CAPESSENDIS

IN ACADEMIA FRIDERICIANA  
BVETZOVIENSI

ANNO 1783. DIE XVI. APRILIS

H. L. Q. C.

PLACIDAE ERVDITORVM DISQVISITIONI  
SVBMITTIT

**IO. DAN. HACKER,**  
MEGAPOLITANVS, IVR. CANDIDATVS.

BVETZOVII, 1783.

